Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

LAVRENCIUS. V. C. PARTIBUS
in personis in comminus positus dixit. Dum discutiendum est nego-
cium natureque eius in qua plerique labuntur homines examinan-
da perfectio. Si post illud totum quod pars parti persona persone
conuicii intulit pridie. iam in utrisque manet serenitas animorum.
uenerande augustine. et pascenti nobilissime dignamini profi-
teri. De deo enim disputans animus debet serenior inueniri.
quia repulsis animositatis caliginibus intus se se pure ad intel-
ligenda nature sue magnitudinem. facilius offert. Fidem igitur uestram
ex professione opinionum primitus agnoscere uolo tunc demum re-
quirere. utrum liceat preter diuinarum scripturarum eloquia usurpa-
tiue defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus episcopus di-
xit. Sunt aliqua que fidi necessaria a patribus posita in uerbis di-
uersarum linguarum aliter sonant. aliud intus continent in secreto.
sicut ipsa caro christi dei et hominis pleni. infirmitatem ostendebat
exterius. diuinitatis uirtutem gerebat intrinsecus. tamen fidem rei pu-
blice debens uir expectabilis pascentius. quia ipse extitit prouo-
cator. fidei quoque sue quam christo debet. quem etiam suam animam credit
gubernari. dignetur nomen edicere. quia potestatis etatis etiam.
simulque prouocationis eius ordo. id fieri iustissime flagitat. Michi
enim placet te iudicio iudicem presidere. quod etiam ipsi placuisse ma-
nifestissime comprobatur. Laurentius uoce dixit. Tue excellentie meri-
to pascenti uir nobilissime nos amodo apparuisse sat clarum est.
Tremens enim in tante rei negocio paruus presideo cognitor.
formidans ne de tante omnipotentie natura secus aliquid cre-
dens. reatum incurram. Sacramento enim me meum animum animamque
meministis constrinxisse. nec tuas intentiones ulla ratione pal-
pare. nec aliud quod a iusticia longe est cohibere. Tua enim dilectio-
ne iudex in cognitione fidei inter utrosque uideor presidere. Par-
tis igitur e diuerso sistentis. cui defensionis uerba augustinus uir
gratissimus se impensurum ostendit. postulatio que petiit quia
et ratione non carens. digna re effectui mancipare. nomenque simul
proprie religionis edicere. Pascentius usque dixit. ...... Hec presens pru